

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Oraculum sacrum XIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

ORACULUM SACRUM XIII.

Apo. III. 21.

TEXTUS GRÆCHUS SACER.

Ὁ νικῶν δέστω αὐτῷ καθίσαι μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ
 θρόνῳ μου, ὡς καὶ ἐβίβησα, καὶ ἐκάθισα μετὰ
 τοῦ πατρὸς μου ἐν τῷ θρόνῳ αὐτοῦ.

Versio vulgata.

Qui vicerit, dabo ei sedere mecum
 in throno meo; sicut & ego vici & sedi
 cum Patre meo in throno ejus.

Versio B. LUTHERI.

Wer überwindet/ dem wil ich ge-
 ben mit mir auf meinem Stuel zu sitzen/
 wie ich überwunden habe/ und bin ge-
 sessen mit meinem Vater auff seinem
 Stuel.

N O T A.

I. Heic expressè distinguitur inter thronum
 Patris & thronum Christi. Christus vicit &
 confedit in throno Patris coelestis. Sancti
 verò sedebunt in throno Christi. Thronus
 Patris, in quo Christus sedet, est omnipotens
 Dei virtus & infinita majestas, omnium su-
 stentatrix & gubernatrix. Thronus Christi,
 in.

in quo electi sedebunt, est felicitatis & gloriæ
cœlestis communicatio.

Hinc ita colligo:

Si thronus Dei Patris, in quo Christus
sedet, est omnipotens Dei virtus & infinita
majestas, utiq; ad hunc thronum nec Angeli
nec sancti sunt evehendi. Quod notandum
est contra Calvinianos, & cumprimis Ur-
sinum, qui nos etiam in throno dextræ DEI ses-
suros, licet non pari dignitatis gradu, adfirmat.
Vid. Ursin. Catech. p. 307. A quo tamen hac
in parte rectè discedit Patèus, dum super hunc
locum ita commentatur: Non (inquit Sal-
vator) dabo ei sedere IN THRONO PA-
TRIS, qui est dextra Patris, ad quam sedere di-
gnitas est SOLI CHRISTO capiti conveniens,
sed IN THRONO MEO.

2. Contra Pontificios, Mariam ejusdem
throni, potestatis, honoris & gloriæ cum Chri-
sto exaltato participem facientes. Hinc in
Psal. Maria ps. 31. ita canit: Benedicta tu
virgo Jesse sublimis, quæ te usq; ad sedentem
in THRONO MAJESTATIS Dominum di-
latasti. O virgo Regina, ipsa es via, per quam
nos salus de supernis sedibus visitavit. Do-
minus regnavit, irascantur populi, *Maria super
Cherubim sedet à DEXTRIS ejus.* *Ibid. Ps. 98.*

Cheru-

Cherubim, throni & Seraphim exaltate eam,
 & constituite eam à dextris sponsi amantissimi
 & Filii ejus. *Ibid. Ps. 47.* Dixit Dominus DO-
 MINÆ meæ, SEDE MATER MEA A DEXTRIS
 meis. Bonitas & sanctitas placuerunt tibi,
 ideo regnabis mecum. *Ibid. Ps. 109.* Tu cum fi-
 lio tuo sedes ad dextram Patris. Fiat miseri-
 cordia tua magna nobiscum, quia in te virgo
 Maria confidimus. In te Maria speramus, nos
 defendas in aeternum. Te decet laus, te de-
 cet imperium, tibi virtus & gloria in secula
 tamen seculorum Amen. *Vide Cantic. Te matrem DEi*
in super laudamus &c.

(Inquit Bellarminus lib. i. de Sanct. Beat. cap. 12.
 ita scriptitat: Quia inter sanctas creaturas hu-
 manitas Christi, si seorsim consideretur, singula-
 iter excellit, propter unionem ad verbum, & si-
 militer B. Virgo, ut mater Filii DEi, ita prestat
 ejusmodi sanctis, ut dici possit Domina & Regina no-
 ra, quod aliis sanctis non convenit, nisi admo-
 dum imperfecte: ideo Theologi tertiam speciem,
 am vocant Dulciam, dividunt in Dulciam propriam
 & Hyperdulciam, tribuentes illa sanctis ceteris,
 soli Humanitati Christi & matri ejus. Sed nun-
 quam est Mariam ejusdem honoris & gloriæ
 cum Christo exaltato participem facere?
 Quorum autem idem est honor, eorundem est ca-
 dens

dem excellentia. Nam juxta Pontificios tot sunt species adorationis seu cultus, quot sunt species excellentiæ, eò quod honor seu cultus debeatur personæ propter excellentiam. *Vid. Thomam. in Sec. Secund. quæst. 103. artic. 3.*

Atque Christi exaltati & Mariæ Virginis idem est honor, nempe ὑπερβολικῶς, ut voluit adversarii. E. & illorum eadem erit excellentia.

3. *Contra Arianos & Samosatenarios, Christum Patri ὁμοῦσιον esse, negantes, quia etiam fidelibus h. l. tribuatur sedere in throno Christi: ἐν τῷ ἰσθμῶν Ephes. II. 6. Quem errorem novimus Part. 1. T. 142.*

4. *Contra Socinianos, qui è loco præsentis probare conantur, regnum Christi non in æternum duraturum: Hinc Smalcus Exam. 100. Error. num. 32. p. 14. ita dislerit: Si certum est, Christum fideles suos in solio suo collocaturum, quomodo potestas illius absolutè æterna non est futura, obvium est, respectu aliarum rerum & creaturarum omnium, eam etiam non fore absolutè æternam &c. Conf. Ostorod. in Instit. cap. XLI. p. 401. Volekel. lib. 3. de Vera Relig. cap. XXXVI.*

II. Particula ὡς h. l. non notat paritatem (Nam nostra victoria non est par Christi vi-

toris

horiz, nec sessio nostra erit æqualis Christi ses-
 sioni ad dextram & in throno Patris: nec im-
 portat quendam causalitatem, q. d. Salvator:
 si vicerit, dabo ei mecum sedere in throno
 meo, QVIA & ego vici) sed aliquam similitu-
 dinem significat, prout hæc vocula accipitur.
 Matth. X. 16. Marc. X. 15. 2. Cor. XI. 15. 1. Thesf.
 V. 2. 2. Thesf. II. 4. *contra Pareum.*

III. Christus non sedet in throno Dei pro-
 ximo, quemadmodum mater Salomonis fede-
 bat in proximo ad dexteram Regis throno,
 Reg. II. 19. sed in ipso throno Dei h. l. in
 medio throni, Apoc. V. 6. cap. VII. 17. E. unus
 demq; est Dei Patris & Christi thronus, con-
 tra eos, qui *immensam quidem virtutem & ma-
 gnam infestatem omnem, hominum & Angelorum glori-
 am ineffabiliter exsuperantem, adeoq; divinæ
 PROXIMAM, sed tamen finitam & creatam per
 THRONUM & DEXTERAM DEi* exprimi di-
 cant. Horum antesignanus est Calvinus,
 qui in c. 21. Matth. v. 44. ita commentatur:
 Sessio ad dextram Metaphoricè accipitur pro
 SECUNDO vel PROXIMO GRADU, quem
 DEI vicarius obtinet. Vide etiam in Matth.
 XXVI. 64, & Marc. XVI. 19. Calvini vestigia
 legit Sohnius in Exeg. A. C. p. 278. ita disce-
 rens: *Christus ita sedet ad dextram Patris, ut*

PROXIMUM à Patre gloria & dignitatis gradum habeat. Quam sententiam etiam tuetur Pifcator Herbornensis in Analyfi Luc. XXII. 69. Ab hoc tempore erit Filius hominis, fedens ad dextram potentiae DEi, id est, ego brevi incipiam regnare in caelo tanquam PROXIMUS à DEO. Herbornenses pulcrâ tabulâ τὸ λῆγος suum thronum & suam sessionem, & suum honorem & suam operationem: & ibidem ex altero latere humanâ naturâ suam sedem & actionem adsignant. Ex quo impuro fonte duplicis Christi sessionis etiâ duplex adoratio redundat. Quæ tamen omnia Scripturâ planè sunt incognita & Nestorianam lucernam redolent. Vide quæ de hoc errore notavimus part. I. Dom. XXVI. p. Trinit. in enucleatione dicti Luc. XXII. 69.

IV. Vincenti dabitur sedere in throno Christi. Vincimus autem tela & catapultas à Diabolo, mundo & carne nobis intentatas non propriis meritis, sed merito Christi verâ fide adprehenso. Nam DEus semper triumphat per nos i. e. nos triumphare facit in Christo, 2. Cor. II. 14. Et fides nostra est victoria, quæ vicit & vincit mundum tum interiorem tum exteriorem, hæc inchoatè, illic plenè, contra Pontificios, Weigelianos & Svencofeldianos.

V. Sei

V. Sessio Christi in throno Patris non est
 nomen officii. E. Christo tribuitur vel secun-
 dum divinam, vel secundum humanam natu-
 ram. Non secundum divinam naturam,
 quia secundum divinitatem Christus semper
 Patri mansit, & in profundissimo
 exinanitionis statu cum Patre æquali gloriâ,
 potentia & majestate omnia in cælo & in terra
 operatus est, fecit, ac direxit, Joh. V. 19. Re-
 inquitur ergo Christum secundum assumptam
 carnem ac humanam suam naturam in thro-
 num hunc gloriæ fuisse evectum, unde & A-
 GNUS dicitur esse in medio throni, Apoc. VII.
 7. *contra Arianos, qui Christum secundum di-*
vinitatem seipso aliquando inferiorem, neq;
atri semper *impudenter blasphemava-*
unt. Quibus velificant Calviniani & Jesui-
tae, Christo hanc sessionem ad dexteram Patris
secundum utramq; naturam assignantes. Ita
Johnius in Exegesi. A. C. p. 279. Christus, inquit,
det ad dextram patris secundum UTRAQUE
NATURAM. Bellarminus lib. 3. de Incarnar-
 ap. 15. scribit, datam quidem esse Humanæ
 sessionem ad dextram, verum non in se-
 sed IN SUPPOSITO. Videatur Busæus in
 thesibus adversus Gerlachium. Et nunc au-

ORTHODOXÆ ANTIQVITATIS
SENTENTIA.

Humana natura est *ὁμοῦ ἐμοῦ*, ejusdem sedis particeps confessor, cum divinisimo spiritu propter inhabitantem in ea DEum inseparabiliter. *Theodoretus Dial. 2. Tom. 2. p. 237. H.*

DEus non sedet, Assumptio corporis sedet. Huic ergo præcipitur, ut sedeat, *qui homo est*, qui assumptus est. Hoc adversus Arianos dicimus, & adversus eos, qui dicunt: Major est Pater, qui jubet, ut sedeat, quàm ille, qui jubetur, *Hieron. in Ps. 109. T. 3. p. 161. B.*

Non DEus sua sedis Apostolis dat consortium, Christo verò SECUNDUM HUMANITATEM datur consortium divinæ sedis, *Ambrosius lib. 5. de Fide cap. 2. p. 99.*

In Christo communis secundum CARNEM natura prærogativam sedis cœlestis meruit, *Idem ibid. cap. 6. p. 108.*

Sede à dextris meis, HUMANITUS hoc dictum est, ut enim DEus sempiternum habet imperium, sic ut homo accepit, quod ut Deus habebat. Ut HOMO igitur audit: Sede à dextris meis, nam ut DEus sempiternum habet imperium, inquit *Theodoretus modo allegatus in Es. 100. T. 1. p. 242.*

Luctamini, adjuvabo: Vincite corona-
bo. Ita Salvator nos indies adclamat *B. Augu-
stini verbis.*

ORACULUM SACRUM XIV.

Ex eodem Versu.

I. Cor. VI. 2.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

ὄχι ἴδατε εἰ οἱ ἅγιοι τὸν κόσμον κρινέσιν
(καὶ εἰ ἐν ὑμῖν κρῖνε) ὁ κόσμος, ἀνάξιός ἐστι
κρυθῆναι ἐλαχίστων.

Versio vulgata.

An nescitis, quoniam sancti de hoc
mundo judicabunt? Et si in vobis judica-
bitur mundus, indigni estis, qui de mini-
mis judicetis?

Versio B. LUTHERI.

Wisset ihr nicht / daß die Heiligen
die Welt richten werden? So denn
nun die Welt soll von euch gerichtet
werden / seid ihr denn nicht guth genug
geringer Sachen zu richten?